XXVIII. TYNDARIS (*S. Maria di Tindáro*).

(cf. C. I. Gr. 5613 et add. p. 1250.)

Τυνδαρίς Graecis omnibus dicitur et Latinis plerisque (Cicero Verr. 5, 49, 128; Plinius 2, 92, 206. 3, 8, 90; Silius 14, 208; itin. Ant. p. 90. 93), aliis vero *Tyndarium* (Livius 36, 2: *Tyndareum*; Ptolemaeus 3, 4, 2: Τυνδάριον; itin. Peutingeranum: *tindareo*); cives Τυνδαρῖται Graecis, Latinis fere *Tyndaritani* (Cicero passim) dici solent. Cives quam condicionem tenuerint sub imperio populi Romani, Cicero facit ipsos praedicantes Verr. 5, 47, 124: *nos in septemdecim populis Siciliae numeramur* (vide Diodori locum allatum supra p. 746), *nos semper omnibus Punicis Siciliensibusque bellis amicitiam fidemque populi Romani secuti sumus* et quae sequuntur. Coloniam eo deductam esse Plinius (3, 8, 90) auctor est, sine dubio imperante Augusto a. u. c. 733 (vide p. 730); nam in titulis n. 7474. 7475. 7476. 7478. 7480 appellatur *colonia Augusta Tyndaritanorum*. Extant nummi imperante Augusto cusi Tyndaride inscripti Latine (Borghesi opp. 2 p. 452). Nihilo minus quae *nobilissima civitas* Ciceroni appellatur, Straboni πολίχνιον est.

7472 Tyndaride rep. una cum statua Traiani; est Panormi in museo.

IMP · CAESAR · DIVI · NERVAE ·
· F · NERVA · TRAIANVS · AVG ·
GERMANICVS · DACICVS ·
PONTIFEX · MAXIMVS ·
TR · POT · VII · IMP · IIII · p. C. 103
COS · V · P · P ·

Recognovi. Airoldi ms. (cf. n. 7474); Maggiore l. c. ad n. 7474; Henzen *Bullett.* 1845 p. 55 ad exemplum Stephanii et syll. n. 5440.

7473 Tyndaride rep., est Panormi in museo.

M · AVREL*io*
VERO · CAESARE COS sic p. C. 140
IMP
T · AELI · HADRIANI
ANTONINI · AVG
PII · FILIO
P·P · D·D

Recognovi. Airoldi ms. (cf. n. 7474); Maggiore l. c. ad n. 7474; Henzen *Bull. dell' Inst.* 1845 p. 57 ad exemplum Stephanii et syll. n. 5468.

7 *p(ecunia) p(ublica)* potius quam *p(ermissu) p(roconsulis)*, quae explicatio est Borghesii apud Henzenum.

7478 Tyndaride rep., est Panormi in museo.

IVLIAE MAMAEAE AVG
MATRIS · IMP · CAES sic
m · AVRELI · SEVERI
*aleX*ANDRI · PII · FEL
AVGVSTI · ET · CASTROR

RESP · COL · AVG · TYNDAR
DEVOTA NVMI*ni*

Recognovi. Airoldi ms. (cf. ad n. 7474); Maggiore l. c. ad n. 7474; Henzen *Bull. dell' Inst.* 1845 p. 62 ad exemplum Stephanii. Orelli 955.

7479 Tyndaride rep. m. Apr. a. 1880, iam Panormi in museo.

diuo caesari
p. cornelio licinio ualeriano
filio imp. caes · P · L*icini egnati*
g a l l i ENI · PII · FEL*ic. aug*
*frat*RI · P · LICIN*i salo*
n i NI · NOB*ilissimi*
caes

Descripserunt I. Schmidt et A. Salinas; hic ed. apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 199.

7480 Tyndaride rep., est Panormi in museo.

col AVG
*tyndarit. d*EVOTA
*numini maiestatiq. ei*VS ·

Descripsi. Airoldi ms. (cf. ad n. 7474) sic: VG | EVOTA | EIVS

7474 Tyndaride repperit Fegan Britannus, est Panormi in museo.

IMP · C*aesari diui antoni*
NI · F · D*iui hadriani ne*
POTI · D*iui traiani parthi*
CI · PR*onepoti diui ner*
VA*e abnepoti m. aurelio*
antonino aug. p. m. trib. p. XV p. C. 161?
COS *iii p p*
COL · AVG · TYNDA*rit*
CVRANTE · M · VA*le*
RIO · VITALE · CVRA*t. r. p*

Recognovi. Airoldi ms. (cod. bibl. civ. Pan. 4 Qq D 42), quibus acta effossionum a Fegano institutarum continentur; Maggiore *giornale delle scienze* 27 (1829) p. 292; Henzen *Bullett.* 1845 p. 59 ad exemplum Stephanii.

6 fin. possunt deficere litterae aliquot.

7475 Tyndaride repperit Fegan Anglus; est Panormi in museo.

IMP · CAESARI · DIVI · ANTON
NI · F · DIVI HADRIANI NE
POTI · DIVI TRAIANI PARTHI
CI · PRONEPOTI · DIVI NERVAE
ABNEPOTI · L · AVRELIO ·
uero AVG · P · M · TRIB · POT · p. C. 161
COS · · II · P · P
*col. a*VG · TYNDARI D · D
*cura*NTE · M · VALE
*rio uita*LE · CVRATORE
R · P

Recognovi. Airoldi ms. (cod. bibl. civ. Pan. 4 Qq D 42); Maggiore *giornale delle scienze* 27 (1829) p. 292; Henzen *Bull. dell' inst.* 1845 p. 59 ad exemplum Stephanii et syll. n. 5483.

6 *pontifex maximus* errore adscriptum est. — 8 TYNDARI evidenter cernitur, non TYNDARI, ut legit Stephanius.

7481 duo fragmenta eiusdem, ut videtur, tituli. *Alla Scala* apud baronem Sciacca.

V
C ANN

CASTRIC

Salinas descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 200.

7476 Tyndaride rep. m. Apr. a. 1880, iam Panormi in museo.

SEVERO ·
PIO · FEL · AV*g*
COL · AVG · TY*Ndarit*
NVMIN · EIVS *deuota*

Descripserunt I. Schmidt et A. Salinas; hic ed. apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 199.

Posterior Caracallae est, prior aut eiusdem aut Alexandri.

7477 prope Tyndaridem *alla Scala* apud baronem Sciacca.

*diui antonin*I PI · PRO*n*
diui hadriani ABNEP*oti*
*diui traiani parthic*I ET DVI *ner*
uae adnepoti

Salinas descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 200.

7482 *alla Scala* apud baronem Sciacca.

CLODIVS
ADRANIO
ET SVIS

Salinas descripsit ediditque apud Fiorellium *Not. degli scavi* 1880 p. 200.